

publicus a Rege Galliae ad Reginam nostram missus Mellicium transit, et narravit, populum Gallicum non esse contentum cum isto bello praesenti, et plures agnoscere injustitiam belli ex parte Regis Galliae. Ferunt item ab ipso pacis propositiones ad Reginam allatas, verum cum minime Reginae ejusque Ministerio probatae fuerint, eundem illico post spatium 2 horarum ex urbe remissum, et in Galliam redire jussus Mellicio divertit apud cauponem huiatem. Item tubicinem Gallicum a Praesidio Pragensi Gallico emissum ad Carolum Principem Lotharingiae, ut modum redditionis urbis proponeret, fuisse remissum cum exigua satisfactione Gallorum, ac iterum ablegatum talem tubicinem ab iis ad Magnum Ducem Hetruriae, jam praesentem in castris fuisse missum ad Carolum fratrem suum, utpote Ducem totius exercitus, ac Magnum Ducem dixisse, se tantum ut hospitem in castris esse, atque tunc tubicinem cum aliquali indignatione Pragam remissum a Carolo Principe, qui neque litteras aperire voluit, cum facili Gallorum petita praenovisset, sed tamen a consiliariis persuasum litteras legisse, et, ut dictum, cum indignatione ad suos redire jussisse tubicinem. Item 5. Julii et paulo etiam aute vinea nostra extra Monasterium me vidente florere coepit.

(Continuatur.)

Das General-Capitel O. S. B. von Trier a. 1422.

Mitgetheilt von P. Ursmar Berlière O. S. B. in Maredsous.

Mehrere bedeutende, zur Förderung der Kloster-Reformen gehaltene General-Capitel lassen das Jahr 1422 als ein in der Geschichte des Benedictinerordens nicht unwichtiges erscheinen. Voll Verlangen nach geistlicher Wiederbelebung des Ordens richtete Papst Martin V an verschiedene Aebte die Aufforderung, General-Capitel zu berufen, und wirklich wurde ein solches abgehalten in der Abtei St. Marcellin zu Seligenstadt am Main¹⁾, sowie mehrere zu Tull seitens der lothringischen Aebte; diese aber sollten gleichsam die Vorbereitung bilden zu dem grossen General-Capitel von Trier, dessen Eröffnung auf den 18. October des genannten Jahres 1422 angesagt wurde²⁾.

Churfürst von Trier war damals Graf Otto von Ziegenheim, ein Prälat, dem das Wiederaufblühen der Zucht in den Klöstern ganz besonders am Herzen lag und der zu diesem Zwecke schon 1421 den berühmten Carthäuser Johannes Rhode zum Abte des Stiftes St. Matthias in Trier ordinirt hatte. Unter dem 27. Juni des folgenden Jahres erliess Papst Martin V ein Decret, welches

¹⁾ Trith. Annal. Hirsaug. ad a. 1422.

²⁾ Benoît, Histoire de Toul p. 509. — Calmet, Hist. de Lorraine tom. III, p. 716.

den Aebten von St. Maximin, St. Matthias, Tholey und Gorze, die Berufung von General-Capiteln der Ordensprovinzen Cöln und Trier auferlegte¹⁾. Mehr als sieben und fünfzig Aebte folgten dieser Aufforderung und fanden sich auf den 18. October in St. Maximin zu Trier ein. Die Diöcesen Cöln, Trier, Utrecht, Lüttich, Verdun, Tull und Münster waren fast vollständig vertreten; von der Diöcese Metz waren nur drei Aebte erschienen, da die Klöster von St. Arnulf, St. Symphorian, St. Clemens, St. Vincenz, St. Martin, St. Nabor und Glandières von Reform nichts wissen wollten und sich weigerten, an der Versammlung Theil zu nehmen.

Die auf diesem General-Capitel gefassten Beschlüsse waren für einzelne Klöster von Erfolg und dienten u. A. als Grundlage für die von Abt Johannes Rhode in St. Matthias eingeführte Reform; ihr Hauptverdienst aber ist, dass, wie sich mit Trithemius behaupten lässt, die berühmte Bursfelder Reform, welche sich binnen Kurzem über ganz Deutschland und Belgien verbreiten sollte, in ihnen ihren Ursprung hatte²⁾.

Die Beschlüsse dieses im Jahre 1422 zu Trier abgehaltenen General-Capitels O. S. B. sind uns jüngst in einem Manuscripte der Brüsseler Staatsbibliothek (Nr. 9791—7) zu Gesicht gekommen. Das Manuscript, ein Quartband von Papier, dem XV. Jahrhundert angehörend und aus der Abtei St. Lorenz in Lüttich stammend, enthält das interessante Ordinarium des gleichfalls damals in Lüttich bestehenden Klosters St. Jacob, die Benedictinerregel, die Constitutionen der Päpste Benedict XII und Clemens V, und endlich die Beschlüsse des Provincial-Capitels von Trier und des Concils von Basel³⁾.

Indem wir die Beschlüsse des Trierer Capitels im Folgenden zur Veröffentlichung bringen, leitet uns die Ueberzeugung, dass diese Urkunde für die Geschichte der reformatorischen Bewegung des XV. Jahrhunderts Interesse bieten wird⁴⁾.

¹⁾ cf. Marx, Geschichte des Erzstiftes Trier I. II S. 122.

²⁾ Ann. Hirs. a. 1429, II, 376; conf. Brouwer, Annal. Trevir. II, 269; Calmet III, 715—716.

³⁾ Eine Handschrift der Universitäts-Bibliothek zu Lüttich (Nr. 257), die ich nicht auffinden konnte, enthält ebenfalls die: *celebratio capituli generalis ordinis Benedictini de observantia Bursfeldensi a. 1422.* (Cod. chart. Saec. XV. 4^o. ff. 189—201.)

⁴⁾ Wir verweisen diejenigen, welche sich mit der Geschichte des Benedictinerordens im XV. Jahrhundert beschäftigen, auf ein Manuscript der Prämonstratenser-Abtei Averbode, das aus der Abtei St. Peter zu Erfurt stammt, in welchem von mehreren Visitationsacten aus der Mainzer Ordensprovinz die Rede ist.

Definitiones factae Treviris in capitulo provinciali Anno Domini 1422.

Universis praesentes litteras inspecturis Nos Lambertus Sancti Maximini et Johannes Sancti Mathiae extra muros Trevirenses ac Thomas sancti Mauriti in Theologia trevirensis dyoecesis ordinis sancti Benedicti nigrorum monachorum monasteriorum abbates praesidentes a sanctissimo in Christo patre et domino nostro domino Martino divina providentia papa quinto, necnon Carolus abbas monasterii sancti Johannis baptistae Florinensis dyoecesis Leodiensis, a praefatis dominis praesidentibus de consilio ac consensu capitulum generale celebrantibus ob defectum quarti collegae a sede apostolica deputati ad officium praesidentiae capituli nigrorum monachorum ejusdem ordinis provinciae coloniensis et trevirensis, quae utique una et eadem provincia secundum constitutionem felicis recordationis Benedicti papae XII censentur exequendum et secundum seriem litterarum apostolicarum nobis directarum et auctoritatem ac potestatem nobis creditam fideliter cum omni sinceritate adimplendum deputati, videlicet in monasterio Sancti Maximini extra muros trevirenses dicti ordinis celebrati ac die decima octava mensis octobris, videlicet die beati Lucae evangelistae inchoati cum diebus sequentibus, anno Domini M^o. quadringentesimo vigesimo secundo, indictione quinta decima, anno dicti Domini Martini papae ejus V^o, secundum tenorem litterarum praedictarum ac felicis recordationis Innocentii tertii, Honorii tertii et Bonifacii VIII et Clementis V, necnon generalium conciliorum statuta et constitutiones dicti Benedicti papae XII, ac sanctorum canonum sanctiones, Salutem in domino sempiternam. Notum facimus quod pro utilitate et necessaria monastici sacri ordinis praedicti reformatione ex officio nobis injuncto et auctoritatem potestatem nobis traditam secundum praedictam ut tenemur in praesentia dominorum abbatum et praelatorum in dicto capitulo congregatorum et convocatorum quorum nomina sequuntur et procuratorum absentium videlicet, in dyoecesi trevirensi comparentes Abbas Prumiensis per Henricum decanum et Odulphum custodem monasterii ejusdem, abbas Epternacensis, abbas in Lacu, abbas Luczenburgensis per abbatem epternacensem et abbatem beatae Mariae ad martyres, abbas in medio lacu, abbas in Sconauwe, abbas in Cronauwe, abbas in Rotel per fratrem Johannem de Siroke et Petrum de Anoch praepositum Huzauwe, abbas sanctae Mariae ad Martyres, abbas sancti Martini, in dyoecesi coloniensi comparentes abbas sancti Cornelii, abbas sancti Martini, abbas Sancti Ludgeri Wirdunensis, abbas sancti Pantaleonis, abbas Bruewiler, abbas in Chinc-o (?), abbas in Siburth, abbas in Graffcaff, abbas in Gladebach, abbas in Leyspor, abbas in Ward, abbas in Stehem, abbas in Issburth per magistrum Henricum Groninghen decretorum doctorem, in dyoecesi monasteriensi abbas in Muyl, abbas in Selfort, abbas in

Zise, abbas in Dedinghen per dominum abbatem in Selfort, in dyoecesi Leodiensi abbas Stabulensis per se, abbas sancti Jacobi, abbas sancti Laurentii, abbas sancti Huberti, abbas Bronicensis, abbas Gemblacensis, abbas in Vlribeck per dominum abbatem Florenensem, abbas in Walesedron per fratrem Henricum Hugonis, abbas sancti Trudonis per fratrem Johannem de Laer custodem ibidem et magistrum Renerum Statte. In dyoecesi Trajectensi, abbas Egmondensis cum aliis quinque abbatibus. In dyoecesi Tullensi abbas Zenonensis cum aliis tribus. In dyoecesi Metensi abbas Busomenville cum aliis tribus; in dyoecesi Virdunensi abbas sancti Agritii cum aliis quinque. In dyoecesi metensi abbates sanctorum Arnolphi, Shinphoriani, Clementis, Laurentii et Martini, abbas de sancto Nabore, abbas Glandariensis; in dyoecesi Trajectensi abbas in Forsfert quos et quemlibet eorum reputavimus ac praesentibus reputamus contumacem vel contumaces ac propterea poenas in constitutionibus Benedicti XII ac in bulla contentas declaravimus et per praesentes declaramus incidisse, cuilibet ipsorum ad viginti florenos renenses taxavimus et praesentibus taxamus persolvendos infra hinc et festum Martini proxime futurum et sub excommunicationis poena. Quam tempore medio quod pro monitione canonica ipsis deputavimus et praesentibus deputamus, si in termino praefato non satisfecerint in ipsorum quemlibet ferimus per praesentes ac excommunicatos denunciari volumus et mandamus in locis et monasteriis ordinis praefati, prout in benedictina continetur, quorum absolutionem nobis praesidentibus et cuilibet nostrum reservavimus et reservamus. Tamen quia abbas in Gronauwe Treverensis dyoecesis recessit sine licentia et in contemptu obedientiae cui praeceptum speciale fuit factum per unum praesentem de non recedendo; quapropter juxta consuetudinem Benedicti tanquam filium inobedientiae reputavimus ac praesentibus eundem contumacem, ob quam contumaciam in poenas in dicta constitutione domini Benedicti XII contentas ipsum declaravimus ac praesentibus declaramus incidisse, quod arbitramur in hunc modum, videlicet quod pro hujusmodi contumacia et poenis praedictis solvet XII florenos renenses quorum absolutionem dicti praesidentes sibi in futuro capitulo extra reservaverunt ac summas et poenas non satisfaciendum in statuto per nos termino, de quo collatis pro expensis capituli provincialis deputatis et eorum aggravationes nobis cum absolutione oportuna, praedictas summas et poenas incurrentium et cuilibet nostrum in posterum reservavimus et reservamus per praesentia. Statuimus et ordinavimus statuimusque et ordinamus quae sequuntur. Primo capitulum provinciale et ordinis praedictorum proxime celebrandum secundum statuta et sanctiones praedictas celebrabitur in monasterio Sancti Jacobi Leodiensis, dyoecesis ejusdem, in quo omnes abbates et praepositi ceterique praelati ad capitulum praesens vocati comparebunt sub

poenis in bulla papali et in constitutionibus domini Benedicti XII, et aliis censuris et poenis in corpore juris clausis contra inobedientiam promulgatis; comparebunt anno a nativitate Domini M^o XIII^o XXIII^o, dominica qua cantatur in ecclesia Cantate post festum Pasche, circa horam Vesperae ad audiendum processum in capitulo provinciali quod diebus immediate sequentibus celebrabitur observandis. Et in eo praesidebunt domini abbates Sancti Willebrordi et Epternacensis Trevirensis dyoecesis, Sancti Jacobi infra muros et Sancti Laurentii extra muros Leodiensis dyoecesis ejusdem, et abbas in Stauria dyoecesis Trevirensis, quorum domini abbates Sanctorum Jacobi et Laurentii Leodiensis dyoecesis et dominus abbas in Stauria propter eorundem corporalem absentiam a capitulo provinciali praesenti Dominica misericordia Domini imminente praecedente Dominicam Cantate praefatam convenient in monasterio Sancti Jacobi praefato ibidem jurabunt in praesentia duodecim monachorum professorum et duorum notariorum officium suum fideliter exercere sub forma quae sequitur: Ego N. abbas talis electus et deputatus per praesidentes provincialis capituli Trevirensis quod celebratum fuit alias in monasterio Sancti Maximini prope muros civitatis ejusdem, anno domini millesimo quadringentesimo XX secundo, circa festum Lucae evangelistae, de concordii consensu celebrantium idem capitulum in praesidentem capituli provincialis proxime celebrandi, juro quod officium praesidentiae meae mihi injunctum diligenter, fideliter et cum omni sinceritate ac viribus exercebo, omnibus amore, odio, favore ac quocumque alio inordinato affectu postposito, secundum deum et beati Benedicti regulam ac regularia instituta, sic me Deus juvet et haec sancta Evangelia. Insuper quanquam nomina praesidentium non expressimus, quia casu ut aliquis vel aliqui eorum tempore medio vitam terminaret successor illius vel illorum in locum defuncti succedet; missam cantabit feria secunda proxima post Cantate Domnus abbas Sancti Jacobi per se vel alium; sermonem faciet, Domnus abbas in Stauria per se vel alium infra missam ibi decantandam. In dyoecesi Trevirensi visitabunt domnus abbas Epternacensis et sancti Mathiae dyoecesis ejusdem, et visitabunt domnum abbatem Sancti Mathie domnus abbas Sancti Johannis Baptistae Florinensis dyoecesis Leodiensis et in Silfort monasteriensis dyoecesis, et domnus abbas Epternacensis visitabitur per domnum abbatem sancti Mathiae cum collega per eundem assumendo. In dyoecesi Coloniensi visitabunt domnus abbas Sancti Cornelii et Sancti Martini infra muros colonienses, dyoecesis ejusdem, quos visitabunt domni abbates sanctorum Jacobi et Laurentii Leodiensis. [Visitabunt Domni abbates sanctorum Jacobi infra muros Leodienses et Laurentii extra muros dyoecesis ejusdem], quos visitabunt domni abbates sanctorum Maximini et Mathiae dyoecesis Trevirensis. In dyoecesi Trajectensi,

Monasteriensi, Osnaburgensi et Mindensi visitabunt domni abbates in Stauria et in Sifort, quos visitabunt abbas Gemblacensis et abbas Broniensis. In dyoecesi Metensi, Tullensi et Viridunensi visitabunt domni abbates sancti Michaelis Viridunensis et Senonensis Tullensis dyoecesis, quos visitabunt domni abbates sancti Maximini et Martini Trevirensis dyoecesis. Volumus praeterea quod nullus visitorum praedictorum ultra sex equitaturas ducere secum habeat. Ita quod duo visitantes ultra XII equitaturas secum non habeant nisi magna urgens necessitas periculi imminenti urgeat ad habendum plures; idem volumus de venientibus ad capitulum observari, quod si contrarium fecerit, ultra tantum quantum exposuerint teneantur solvere, reponentes in communi archa ad utilitatem capituli praefati infra mensem, quod si non fecerint ad duplum per praesidentes arbitrandum in dicto proximo capitulo condemnentur, nulla ejus remissione super hoc profutura. — Ordinamus insuper dictam archam communem debere stare in monasterio sancti Jacobi Leodiensis tribus seris et clavibus diversificatis serratam quae per thesaurarios seu custodes clavium infra nominandos, de contributione communi et aliunde obvientia ad utilitatem capituli praefati reponentur; praefatos vero thesaurarios eligimus abbates sanctorum Jacobi et Laurentii ac monasterii Florinensis dyoecesis Leodiensis, dantes eisdem thesaurariis praefatis visitantibusque et eorum cuilibet potestatem exigendi, petendi et requirendi omnia et singula debita in nostro capitulo imposita vel imponenda per ipsum capitulum super personas dictae provinciae et ordinis, pro supportatione capituli et ordinis praedictorum. Volumus autem recepta seu recipienda per visitationes per praefatos, quod omnia mittentur thesaurariis jam dictis seu eorum alteri ut in praefata archa reponantur, et ut omnia praedicta et alia ipsi capitulo incumbentia valeant supportare. Monemus auctoritate apostolica et nostra omnes et singulos abbates et praelatos provinciae et ordinis praedictorum quatenus quilibet eorum de summa per visitatores eisdem taxanda ipsis visitoribus satisfaciat, quod summa taxanda valorem sex florenorum renensium non excedat, infra tempus trium dierum computandorum a die qua visitatores causa visitandi ad sua monasteria declinaverint, nisi prius satisfecerint vel suis visitoribus aut eorum alteri satisfaciant, quod tempus pro tribus monitionibus canonicis eis praefigimus et volumus sufficere. Alioquin eos dicto termino elapso in his scriptis excommunicamus et excommunicatos denunciari volumus et mandamus in locis et monasteriis praefatis. prout in Benedictina continetur. Quorum absolutionem thesaurariis praefatis ac eorum cuilibet et singulis visitoribus reservamus. Quod dicti autem visitatores seu eorum cuilibet satisfactione praemissa, non autem alius dictam absolutionem impendere habeat facultatem, de recepto vero seu recipiendo rationem in proximo futuro capitulo expressam

facere teneantur. Volumus etiam quod praesidentes, thesaurarii et visitatores terminum proximi capituli celebrandi praevengant, sic quod thesaurarii sint ibidem sabbato ante dominicam praecedentem dominicam Cantate supradictam. Praesidentes vero die lunae ac visitatores die martis proximi ex post sequentibus Interimque relationes de commissis eisdem ac discussione quantum potuit ante terminum dicti capituli facere debeant ut adveniente termino ipsius expediantur.

Volumus quod visitatores omnes provideant de conversis ordinis quod obediant abbatibus et praelatis suis ac omne a se excludant consortium monialium seu quarumcumque mulierum suspectarum et quod non intersint secretis monachorum sub poenis et censuris in benedictina contentis contra inobedientes promulgatis. Volumus quod visitatores observent formam Benedicti in capitulo de visitoribus traditam et visitatores absentes antequam primum actum visitationis incipiant in monasterio visitando coram praelato et conventu juramentum praestabunt sub forma quae sequitur: Ego N. reverendis in Christo patribus Dominis praesidentibus capituli provincialis nuper in monasterio sancti Maximini prope civitatem Trevirensis dyoecesis ejusdem et de consensu ipsum capitulum celebrantium in visitatorem talis dyoecesis electus et deputatus juro per haec sancta Dei evangelia quod officium visitationis mihi injunctum fideliter et diligenter cum meis viribus exercebo, omnibus amore, odio, favore aut quocumque inordinato affectu postposito secundum Deum et regulam beati Benedicti ac regularia instituta, sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia. Exhortamur omnes visitatores et singulos ad praecavendum multorum perturbationes ac molestias, ne transferant personas ordinis de monasterio ad monasterium, quod si fieri contingat ex magna et rationabili causa sine turbatione recipientium, sic translatos omnino volumus ut extra terminos visitationis suae illos non transmittant, quia nec extra praefatos terminos nullum jus aut potestatem a nobis se agnoscant recepisse.

Volumus et ordinamus quod omnia et singula monasteria provinciae nostrae procurent sibi infra annum constitutionis copiam Benedicti XII correctam collationatam ac sub manu publica signatam. Insuper ordinamus et volumus constitutiones a data praesentium et festo pasche proxime futuro fieri cum effectu adimpleri, sub poenis in constitutionibus Benedicti XII contentis, quod si non fecerint illas ipso facto incurrere volumus. Insuper volumus quod si commode duo conjuncti visitatores in simul visitare non poterunt, alter eorum officium visitationis exercere possit. Volumus et ordinamus quod abbates seu alii praelati sub se praepositorum et prioratus habentes infra menses sex proximos a data praesentium computandos sub-

ditos suos convocent, et juxta formam constitutionis Benedictinae loquentis de celebratione annalis capituli ipsum annale capitulum celebrent, omniaque in nostro praesenti capitulo provinciali statuta et ordinata sunt subditis suis pronuncient et ea inviolabiliter observari faciant. Insuper ut devotioni succurratur sacrae nostrae religionis professorum ulterius, quo ad ipsum festivas amplius expostulat solemp. declaramus consuetudinem seu potius abusum quorundam monasteriorum qui in hac parte sacrae derogat devotioni omnino abolendam, quod et praesentibus abolemus et volumus aboleri, quod in praecipuis festivitibus majoribus seu festo palmari monachi nostri, ordinis suis derelictis monasteriis, ad alia transcurrant. Volumus igitur et ordinamus ut deinceps in praefatis festivitibus religiosi in propriis monasteriis sedule suo famulentur creatori. Insuper ad ordinis reformationem ex officii debito, oculorum aciem dirigentes, quaedam ipsum totum ordinem concernentia pro ipsius reformatione duximus statuenda. Et primo ab opere Dei inchoantes ordinamus, quod divinum diurnum prout et nocturnum officium devote, tractim, pausatim, non transcurrendo, non sincopando, horis competentibus prout in regula beatissimi patris nostri Benedicti continetur, celebretur. Ad quod mox cum auditum fuerit signum, relictis omnibus quae fuerint in manibus, summa cum festinatione concurratur, cum gravitate tamen ne scurrilitas fomitem inveniat, ita tamen quod nihil operi Dei praepotonatur. Et ne excusari praetentu ignorantiae non auditi signi valeant, volumus, vero quod tractus matutinarum quae in media nocte incipi volumus primae et vesperae ad minus ultra quartam partem horae perduret. Qui vero ad praefatum divinum officium non venerit, irremissibiliter prout continetur in regula puniatur. Volumus etiam quod abbates et ceteri ordinis praelati celebrent, confiteantur et communicent prout in constitutione dicti Benedicti de celebratione missarum continetur. Et quod illi qui secundum statuta apostolica et benedictinarum sanctiones in sacris autem presbyteratus ordinis constituti esse debent, infra annum ad ipsos ordinis promoveantur. Volumus insuper et ordinamus quod qualibet die in locis ubi sunt sex monachi et aliis ubi consuetudo est post primam si tamen una missa cantatur, si vero duae post primam missam vel alia hora consueta teneatur capitulum cotidianum, in quo de disciplina regulari post martyrologium et lecturam regulae que vulgariter per praesidentem ipsi capitulo seu alium cui ipse jusserit exponetur antequam ad alia procedatur. Ac monachi in prioratibus seu praepositis et aliis administrationibus commorantes in ecclesia horis congruis et locis cum dictis prioribus seu praepositis et aliis administratoribus simul sint et canonicas horas dicant et in istis celebrandis suas ebdomadas ordinate, debite et tractim, non syncopando, humiliter et devote et horis competentibus et cum nota ubi convenerint tres vel quatuor seu plures facere

teneantur. Et in talibus ubi tres sunt et supra una saltem missa ad minus cum nota die qualibet celebretur, prout in benedictina et de monachis ad beneficia mittendis et modo conversandi in eis continetur, et contra negligentes visitatores prout ex officio et juramento tenentur, procedant et negligentium seu delinquentium culpae et excessus puniantur. Volumus quod cuilibet cum ad suum monasterium deveniat de mundis bonis, vase et loco in et ubi eucaristia reponatur infra mensem provideat. Et cum ceteris ornamentis divinum officium concernentes cum diligenti custodia reserventur. Item quia pro decencia habitus extrinseci dicti ordinis professi et novitii debent morum honestatem ostendere, statuimus et ordinamus quod omnes tonsuras deferant largas et latas, ita quod circulos ipsarum spatium seu grossitudinem unius pollicis transversalis comprehendat et non ultra excedat. Seque decenter habeant in vestibus, habitibus et calceamentis juxta clementinas. Ne in agro et constitutiones praefati Benedicti de forma et honestate vestimentorum, ut videlicet portent tunicas et vestes habitui superiori proximas nigri vel bruni aut albi coloris juxta morem apud eos servari solitum rotondas et talares non fissos nec alia difformitate notandas, largas manicas habentes usque ad pugnum praetensas, nullo modo botonatas seu nodatas, non tamen adeo largas quod latitudo ipsarum supra pugnum cum pollice erecto valeat extendi, nec citra os cubiti sicut habet abusus quorundam ultra protendatur quam quod brachium possit faciliter verti et infraduci. Almutiis vel pellibus loco caputiorum sint contenti, caputiis tamen honestis in locis in quibus soliti sunt ipsa portare absque cornuputone¹⁾ sive becca vel corneta fixis super humeros longitudine quatuor digitorum transversalium ad minus uti de licentia abbates possunt. In vestibus pro foderaturis tantum agniculorum seu agnellorum pellibus aut saltem pannis aliis non pretiosis utantur nec foderaturae super collum vel in fimbriis vestium seu manicarum appareant aliquomodo nec aliorum silvestrium quorumcumque animalium quovismodo pro foderaturis portare praesumant. Praeterea cum ipsos extra monasteria contingat proficisci, froccum, cucullam aut cappam portent. Subtus cappam si eam portaverint cucullam aut scapulare. Novitii non cucullam intus monasterium et extra apertam ad utrumque latus et conversi scapulare cum caputio sibi connexo, clauso intus et extra utantur. Verum quia aliqui praedictis habi-

¹⁾ Dieses Wort findet man nicht bei Du Cange, dennoch ist es leicht zu erklären mit den folgenden. Corneta wird bei Du Cange (t. II. p. 606 ed. Didot) als bireti species in cornu formam desinens, wovon mehrere Concilien und Statuten des späteren Mittelalters handeln. Die beca bezeichnet die Kopfdeckung, die die Doctoren und Präbendare in Spanien tragen, worüber vgl. Du Cange. t. I. p. 633, act. SS. t. 2. Jun. p. 631.

tibus amplis et longis, alii vero minus quod decet utuntur, eapropter latitudinem longitudinemque praedictorum duximus praesentibus inserendas quas volumus observari. Et primo incipientes a caputio frocci, ordinamus quod ipsius latitudo non attingat os cubiti grossitudine duorum digitorum transversalium nec valeat esse strictum seu ita breve quod ad medium cubiti et ossis superioris prope scapulam protendatur, nec ultra ipsam ad quatuor digitos valeat extendi; longitudo vero manicarum per cubitum unum ultra manum et non plus extendatur, et latitudo alium cubitum cum dimidio non excedat. Inferius autem sit adeo latus quod passus in foras ipsum faciliter fieri possit. Et ea quae dicta sunt de frocco, intelligi volumus de cuculla quae debet esse semotis manicis ut froccus in statura. Intus vero monasterium in locis in quibus fuerint duodecim monachi et supra omnes frocco utantur, in aliis vero ubi non fuerit tanta congregatio cucullis clausis in lateribus spatio trium digitorum ad minus uti possint. Praesidenti monasterio et primo post ipsum quos froccum omnino portare volumus dumtaxat exceptis in operibus tantum et officio divino subtus albam ac equitando subtus cappam seu scapulare quod sit longum usque ad talos et latum quod scapulas comprehendat vel ad minus spatium dimidii cubiti cum parvo caputio caput comprehendens honestatem habitus designando portare tantum valeant; camiseis lineis ac canopeis non utantur, sed vel staminea seu vestem laneam loco dictarum camisearum portent et stivallos seu botas¹⁾ vel sotalares²⁾ corrigiatis altos ita quod altitudo spatio quatuor digitorum comprehendat de tibia super cavillam portent. Abbates vero extra monasterium equitaturi in cappis et regularibus capellis equitare debent, formam praelatorum et honestatis monasticae ostendant ac capellanos etiam decenter cappatos secum ducere non omittant. Similiter singuli monachi monasterio exituri cucullam, froccum aut cappam portent, non tabardum³⁾ vel mantellum seu qualemcumque aliam vestem portare praesumant, sed sicut statutum est in clementina Ne in agro et in constitutione saepedicti Benedicti XII, videlicet de forma et honestate vestimentorum. Ceterique fratres communiter vivant et comedant in refectorio, in quo nullus omnino carne vescatur et diligentes sint visitatores ut constitutiones dicti Benedicti de esu et abstinentia carniarum faciant inviolabiliter observari, mensaeque eorum non desit lectio et qui lecturus fuerit, tota ebdomada, dominica ingrediatur, post bene-

¹⁾ Stiefel.

²⁾ „Pedulium genus, quibus maxime Monachi per noctem utebantur in aestate.“ op. Du Cange, q. V. Subtalaris t. VI. p. 417 sq. Französische souliers.

³⁾ Tabardus heisst bei Du Cange (t. VI. p. 476) ein langer Mantel, der von den Weltlichen oder Geistlichen getragen, den Mönchen aber öfters verboten wurde.

dictionem sicut in regula capitulo XXXIII^o de ebdomadario lectore continetur. Ita quod singuli per singula lecta vestiti dormiant in eodem loco si fieri potest, vel saltem deni aut viceni, non autem per cameras, maxime si non fuerint cancellatae competenter. Ita quod apte et clare possint videri in eis lectisternia per modum conversationis secundum dispositionem abbatis. Si autem camerae in dormitorio reperiantur, praecipimus per visitatores saepefatos seu eorum mandato destrui vel competenter cancellari, quorum januae non claudentur neque ostia habebunt, possunt tamen pannum habere ante januas sed non ultra ante cancellas extensum quod etiam temporibus nocturnis ab ostio removebitur; et quod silentium in oratorio, dormitorio, refectorio et claustro observetur, et post completorium nulli liceat quidquam loqui nisi prout in regula continetur. Ante vero legatur collatio patrum aut aliud aedificationis, et diebus sabbati mandatum, ut in regula; et quod ad portam cujuslibet monasterii unus portarius seu janitor deputetur providus et discretus, neque absque licentia abbatis aut alterius praesidentis in monasterio de eodem egrediendi libertas concedatur. Quodsi quisquam sine huiusmodi licentia exiverit poenis subjiciatur constitutionis Benedicti saepedicti. De licentia exeundi extra monasterium sine causa non danda. Attentus insuper sit quod mulieres nullo modo intrare permittat. Praeterea quia ut audivimus, quidam abbatum seu aliorum praesidentium in monasteriis mendicantes in monachos etiam sine suorum superiorum licentia recipiunt et incorporant, et quod deterius est ipsos postmodum vagari permittunt in animarum suarum detrimentum et scandalum plurimorum, prohibemus quod de cetero talia non praesumant et quos jam receperunt et alios extra monasterium vagantes vel saltem infra dimidium annum ad monasterium revocare, alioquin summam suspensionis, si diligentiam in hoc non fecerint, incurrent. Et ea quae dicta sunt de monasteriis virorum, volumus in monasteriis monialium quoad articulos eis competentes similiter observari, volentes nichilominus et ordinantes quod sub perpetua teneantur clausura prout in constitutione Bonifacii octavi Incipit periculoso de statu monachorum continetur. In virtute sanctae obedientiae precipientes visitoribus quod super hoc diligentiam exactam apponant.

Etiam ordinamus quod abbates ponant in suis monasteriis magistros sufficientes qui suos novitios introducant in primitivis scientiis et introductos transmittant ad generalia studia, pensiones eis assignando secundum formam statutorum saepefati Benedicti. Visitatores praefati statuta facere possint, poenas graviores infligendo contentas constitutione Ne in agro contra taliter inordinatos seu professionis immemores. Porro a venationibus et aucupationibus omnes semper abstineant nec eisdem interesse

audeant seu canes vel aves venaticos per se vel alios tenere praesumant, nec a familiaribus secum morantibus seu viventibus teneri permittant, prout in dicta constitutione Clementis V, videlicet Ne in agro continetur. Ordinamus praeterea quod abbates et alii quibus de consuetudine, statuto vel privilegio competit percipere spolia beneficiorum sibi subjectorum, (ad recipienda illa constitutiones Benedicti praefati observent, quod si in hoc excesserint graviter per visitatores praefatos etiam praeter poenas in ipsa contentas quas infligere valeant puniantur. Etiam quod loca praedicti ordinis non tradant ad firmam nisi prius visa benedictina, de locis non tradendis ad firmam, quam volumus firmiter observare. Volumus quod dum imminere fienda mutua similiter praevideatur constitutio de mutuis et venditionibus quae etiam similiter observetur. Fiant inventaria in assumptione cujuslibet abbatis prout in benedictina de inventariis continetur. Et ut status monachorum praedictorum valeat cognosci, praecipimus in virtute obedientiae et sub poena excommunicationis infligenda per visitatores praefatos quatenus quilibet abbas statum suorum monachorum antiquum et modernum teneatur distincte visitoribus praefatis tradere in scriptis. Volumus et ordinamus quod numerus monachorum antiquitus institutus, si ad hoc sufficiant facultates, vel si non tot quod commode sustentare poterunt teneatur, etiam quod victualia, vestimenta et alia necessaria monachis ministranda nullo modo in pecunia seu redditibus ministrentur, constitutione quacumque aut ordinatione non obstante. Et in hoc servetur constitutio praefati Benedicti Ne victualia in pecuniis ministrentur. Volumus autem quod praefatis religiosus praedicta victualia et vestimenta temporibus ordinatis in Benedictina de censibus ministrentur. Abbates quantum commode poterunt divinum frequentent officium ac de fratrum suorum consortio gaudentes, matutinis saltem et majori missae atque vesperis atque in refectorio intersint, ibique largiendo benedictiones in lectionibus et inchoando Te Deum laudamus in matutinis ac in divinis imprimis ac semper in gestu, habitu atque progressu cum fratribus suis in omni debita gravitatis moderamine conversentur, et ut praedicta per omnia loca ordinis provinciae et dyocesium praefatarum melius possint observari, volumus nichilominus quod statuta praesentia una cum constitutione Benedicti, bis in anno, videlicet post Dominicam Circumdederunt in Sexagesima et post exaltationem sanctae crucis, ibi incipiendo: Deinde ad ordinis reformationem ex officii debito, loco lectionis meridiana, ne quis causam ignorantiae praetendere valeat, distincte in monasteriis et aliis locis ordinis monachorum et monialium legantur et publicentur. Rogantes et requirentes in juris subsidium omnes alios dicti capituli minime subditos quatenus contenta in praesentibus his quae executione indigent executioni debita demandent et demandari faciant

compententer. Volumus vero transgressores puniri per visitatores praeter poenas in praedictis contentas et prout videbitur eis expedire. Vobis praeterea omnibus et singulis personis supradictis in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena praecipimus, ne hujusmodi reformationis statuta et ordinata temerario ausu respuere seu contempnere praesumatis, sed perpetuo ac inviolabiliter studeatis et procuretis possetenus observari. In contrarium facientes prout de jure possumus et tenemur procedemus. In quorum omnium et singulorum robur et testimonium has praesentes litteras sigillorum nostrorum appensione ac signis subscriptionibus notariorum nostrorum juratorum subscriptis jussimus communiri. Acta fuerunt haec in monasterio sancti Maximini extra muros Trevirenses, ordinis sancti Benedicti, in loco capitulari ejusdem, anno Domini MCCCC, XX secundo, indictione XV, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac Domini nostri, Domini Martini divina providentia papae V, anno ejusdem V^o, die XXIII octobris, videlicet sabbato post Lucae evangelistae, hora primarum vel circiter, praesidentibus ibidem venerabilibus et religiosis Domnis Mathia beatae Mariae ad martyres, Johanne sancti Martini trevirensis dyoecesis, Sibrando in Silfort monasteriensis dyoecesis et Valentino Zenonensis tullensis dyoecesis monasteriorum abbatibus et quampluribus aliis fide dignis testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Verschiedene Ordensnachrichten.

I. Dem »Univers« geht nachfolgender Bericht zu über die Audienz, welche der hl. Vater den Benedictiner-Mönchen der französischen Congregation zu Solesmes, die zur Feier des fünfzigjährigen Priesterjubiläums ihres Ordensgenossen, Cardinals Pitra, nach Rom gekommen waren, gewährt hat. Die Audienz hatte einen eigenartigen, bei aller Feierlichkeit fast familiären Charakter. Sie fand im Thronsaale statt. Als Leo XIII auf dem Thronessel sich niedergelassen, hiess er den Cardinal zu seiner Rechten sitzen und die Aebte und Mönche im Halbkreis um den Thron herum Platz nehmen. Der Papst gab sodann seiner Freude darüber Ausdruck, die hervorragendsten Mitglieder der Congregation von Solesmes bei sich zu sehen. Nach herzlicher Beglückwünschung des Cardinals sprach er die Absicht aus, den Einfluss des Benedictiner-Ordens heben zu wollen, der berufen sei, an der Umgestaltung der modernen Welt wieder in ähnlicher Weise thätig zu sein, wie in den vergangenen Jahrhunderten. »Auch sogar die Orientalen« — sagte der Papst — »können nur durch die schwarzen Benedictiner zur Einheit der Kirche zurückgeführt werden; denn kein Orden konnte bisher einen gleichen Einfluss